

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XXXV**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

*Rex nostra volucelle vocis alma.*

*Dulci Turdule doce gutturallo.*

*Torquilla*, linx alias dicitur. Linguae illi aciculus tam acutus, ut humanam cutem haud aliter ac acicula penetrat. Ea infra arteria summum subit, & super cranium reflexa, prope nares inseritur. Est autem gemina, ubi ab occipitio reflecti incipiunt, & in sincipite rursus utræque partes convenient. Digitorum talis constitutio, ut ubique longior alter cum breviore altero contingatur.

### CAPUT XXXV.

#### DE VROGALLO.

*V*rogallus in altissimis montium versatur jugis, Germaniam & Septentrionalia loca præcipue amat. De ejus coitu portentosa scribit *Encelius lib. 3. de Lapid. c. 54.* Gallus quippe hujus specie spermæ ex ore coitus tempore in vere excreat & evomit, & voce magna advocat gallinas ipsas, quæ spermæ ejectum ore legunt, ac deglutiunt, ac tali modo concipiunt. Illas postea gallus comprimit, & quasi ratum facit semen comedulum. Super quas gallinas non ascendit, illæ ova hypenemia pariunt. *Olaus Magnus* scribit in septentrione Vrogallois minores sub nive duobus aut tribus membris latitare. In Ponto vero ajunt per hyemem ayes quasdam reperiri, quæ neque excernant, neque cum pennæ eis avelluntur, sentiant, neque cum veru transfiguntur, sed tum demum cum ab igne incaluerint. Vix verum. *Grygallus major* adeo surda est avis, ut ne bombardæ sono abigi possit.

### CAPUT XXXVI.

#### DE VESPERTILIONE.

*V*espertilionem *Plato* vocat avem non avem, *Vallæ semimurem*. Amat cavernas & meatus subterraneos,